

METRISCHE ANALYSE

In nova fert animus mutatas dicere formas
2 corpora. di coeptis – nam vos mutastis et illas –
adspirate meis primaque ab origine mundi
4 ad mea perpetuum deducite tempora carmen.

Ovid, met., I, 1-4

Basia das aliis aliis das Postume dextram.

1 Dicis: Utrum mavis? Elige! Malo manum.

Martial, 2,21

Thais habet nigros niveos Laecania dentes.

8 Quae ratio est ? Emptos haec habet illa suos.

Martial, 5,43

Si memini fuerant tibi quattuor Aelia dentes.

10 Expulit una duos tussis et una duos.

Iam secura potes totis tussire diebus :

12 Nil istic quod agat tertia tussis habet.

Martial, 1,19

Dentibus atque comis – nec te pudet – uteris emptis.

14 Quid facies oculo, Laelia ? Non emitur.

Martial, 12,23

Nulla potest mulier tantum se dicere amatam

16 vere quantum a me Lesbia amata mea est.

Nulla fides ullo fuit umquam in foedere tanta,

18 quanta in amore tuo ex parte reperta mea est.

Catull, c.87